

celeberrimo viro

Dn. LEONARDO EULER

S. D. P.

Jo. Fredericus Weidlenus.

Accepi hodie Petroburgo a Dn. Prof.
Heinsio litteras, die XXIX Septembris
datas, in quibus, ut in posterum ep.
quae ad illum rite perferri cupiam, tibi,
Vir celeberrime, tradantur, petit, Teque
id non aegre laturum affirmat. Hae
spe fretus, epistolam mitto, in qua a Dn.
Heinsio sciscitandum duxi, utrum ex
Russia in patriam remigrare non du-
bitet. Post repentinum enim Dn. Prof.
Hafsi obitum, qui die XXIV Septembris
vita exiit, peruellem, ut Heinsio
provincia mathematica in hac academia

docendi, conferatur. Itaque maiorem
 in modum abs te contendo, velis, ut
 inserta hic epistola quam maturrime
 ad Heinsum perveniat, benevola cura-
 re. Restitutam promte sumtus, si quos fe-
 ceris, et mihi gratulabor, si occasiorem
 nactus fuero, qua humanitatem tuam
 matris officio demereri possim.
 Ita vale et tuo me favori commen-
 dandum habeo. Desperabo. Vitember-
 gae. die XV. Octobris A. d. S. R.
 MDCCCXLII.